Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

cogitari nec dici pōt: Quam re quoniam & sensu defe-
deficimus & uer
bis: quia neq; tantam intelligentiae lucem pectus humanum neq;
explana
tionem tantarum rerum capit lingua mortalis: idipsum nos intelligere
oportet. ac dicere: Videor rursus quidem e contrario dici possit. tales esse illo
plures. qualem nos volumus unum. At hoc fieri nullo pacto pōt. qm̄ sin
gulorum potestas progredi longius non uelebit occurrentibus sibi pēnibus ce
teorum. Necesse est. h. ut suos quisq; limites aut transgredi neqat. aut si trans
gressus fuerit: suis alterum finibus pellat. Non uident qui deos multos se
credunt fieri posse: ut aliquid diuisum uelint: ex qua re disceptatio inter
Homerus
eos & certamen oriatur: sicut Homerus bellantes inter se deos finxit. cum
alij troiam capi uellent. alij repugnarent. Vnius ergo arbitrio mūdū regi
necesse est. Nisi. h. singularum partium pēs ad unam prouidentiam referat.
non poterit sūma ipsa constare uno quoq; nihil curante. amplius: q̄ quod ad
eum proprie pertinet: sicut ne res quidem militaris: nisi unū habeat ducem atq;
rectorem. Qd si in uno exercitu tot fuerint imperatores: quot legiones: quot co
hortes. quot cunei quot alae: primū nec instru poterit acies uno quoq; pedū
res recusante: nec regi facile aut temperari: q̄ suis propis consilijs uentur omes
quorum diuisa res plus nocent q̄ prosint. Sic in hoc rerum natura impio
nisi unus fuerit. ad quem totius curae sūma referatur: omnia soluentur
& corruent: Dicere aūt multorū arbitrio regi mūdum tale est: quale si quis
affirmet in uno corpore multas esse mentes. qm̄ multa & uaria sunt mūbra
membrorum: ut singulos corporis sensus. singlē mentes regē credantur.
Item multa effectus: quibus omouemur. uel ad iram. uel ad cupidi
tatem. uel ad leticiam. uel ad metum. uel ad misericordiam: ut in his
omnibus totidem mentes parentur opiri. Qd si quis profecto dicat. ne ipse
quidem: quae una est. habere uideatur: ~

IIII.

Quod si in uno corpore rerum gubernationem mens una possidet &
omnibus semel intenta est: cur aliquis existimet mundū non
posse ab uno regi: a plurib; posse: Quod quia intelligunt isti asse
tores deorum ita eos praesse singulis rebus ac partibus dicunt: ut tamen
unus sit rector eximius. Iam ergo caeteri non alij erunt. sed satellites. ac
ministri: quos ille unus maximus ac potens omnium his officijs pōfecerit.
& ipsi eius impio ac nutibus seruiant. si omnibus pares non sunt. Non igr
dij omnes sunt. nec h. pōt hoc idem esse: quod seruit. & quod dominat.
Deus.
Nam si deus nomen est summae potestatis: incorruptibilis esse debet per
fectus. impassibilis. nulli rei subiectus: Ergo dij non sunt: quos parere uni
maximo deo necessitas cogit: Sed quia non frustra fallunturq; qui hoc ita pu